

Adnotationes ad poetarum Graecorum fragmenta.

Critiae ex Sisypho tragoedia fragmentum satis memorabile nobis servavit Sextus Empir. p. 403, 1: καὶ Κριτίας δὲ εἰς τῶν ἐν Ἀθήναις τυραννησάντων δοκεῖ ἐν τοῦ τμήματος τῶν ἀθέων ὑπάρχειν, γάμερος ὅτι οἱ παλαιοὶ νομοθέται ἐπίσκοπόν τινα τῶν ἀνθρωπίνων κατορθωμάτων καὶ ἀμαρτημάτων ἐπλασαν τὸν θεὸν ὑπὲρ τοῦ μηδένα λάθρα τὸν πλησίον ἀδικεῖν, εὐλαβοῦμενον τὴν ὑπὸ τῶν θεῶν τιμωρίας. ἔχει δὲ παρ' αὐτῶ τὸ ῥητὸν οὕτως:

ἦν χρόνος ὅτ' ἦν ἄτακτος ἀνθρώπων βίος

καὶ θηριώδης ἰσχύος θ' ὑπηρέτης,

ὅτ' οὐδὲν ἄθλον οὔτε τοῖς ἐσθλοῖσιν ἦν

οὔτ' αὖ κόλασμα τοῖς κακοῖς ἐγγετο.

κάπειτά μοι δοκοῦσιν ἀνθρώποι νόμους 5

θέσθαι κολασίας, ἵνα δία τύραννος ἦ

τὴν θ' ὕβριν δούλην ἔχη.

ἔζημοῦτο δ' εἴ τις ἐξαμαρτίνοι.

Subsisto hic, ut de lacuna vs. 7 explenda quid mihi statuendum videatur ostendam. Ipsa quidem poetae verba restituere velle temerarium est, illud docere, quid dici potuerit, quid non potuerit, non lusus inanis haberi, sed opera utilissima debet. Ita hic quod Grotius supplevit γένους βροτείου non potuisse dici concedent qui non solum pedes metiri didicerunt, sed etiam quid quoque versus loco apte dicatur persentiscunt. Nam quum non sine vi quadam dixisset poeta ἵνα δία τύραννος ἦ, quorum verborum δία, non τύραννος, vi efferendum est, inscite oppositionis rationem ita instituisset, ut oppositum membrum τὴν ὕβριν δούλην ἔχη non proximi initio versus collocaret, sed ita, ut duo illa membra confinium exitus versuum tenerent omnisque oppositionis vis frangeretur. Non fecisse id poetam intellegi poterat vel inde, quod in libris non τὴν θ' ὕβριν, sed τὴν θ' ὕβριν exstat, qua particula synonymum aliquod ὕβριν vocabuli praecessisse docemur, quod sine dubio versus initio collocatum erat. Dixit igitur poeta, ni fallor, certe potuit dicere

ἵνα δία τύραννος ἦ,

ἰσχὺν δὲ πᾶσαν, τὴν θ' ὕβριν δούλην ἔχη.

Ἰσχύν, non τόλμαν, βίαν vel simile quiddam a poeta esse positum propterea veri est simile, quod supra hominum vitam fuisse θηριώδη ἰσχύος θ' ὑπηρέτην dixerat. Quum igitur more ferarum qui viribus

editior erat initio regnasset, legibus inventis idem *δέος* imperio parere coactus est. Et quoniam *ισχύς* omnino vires significat, eodem modo quo supra *θηριώδης*, sic hoc loco explicationis causa *τίη θ' ὕβριη* addidit poeta.

Jam ad proximos nos convertamus huius fragmenti versus:

ἔπειτ' ἐπειδὴ τὰμφανῆ μὲν οἱ νόμοι
ἀπείργον αὐτοὺς ἔργα μὴ πράσσειν βία, 10
λάθρα δ' ἔπρασον, τηριαυτὰ μοι δοκεῖ
πικρὸς τις καὶ σοφὸς γνώμην ἀνήρ
γνώσει δὲ ὅς θνητοῖσιν ἐξευρεῖν ὅπως
εἴη τι δαίμα τοῖς κακοῖσι, κὰν λάθρα
πράσσωσιν ἢ λέγωσιν ἢ φρονῶσί τι. 15

Versus 12 quum uno pede brevior esset, alii vs. 11 post *ἔπρασον* excidisse *πολλά* vel *ἄδικα* statuerunt, alii vs. 12 *πικρὸς τις ἄλλος* vel *φρένας πικρὸς τις* corrigendum esse putarunt. Mihi initio versus 12 *πρώτον* esse addendum videtur. Hoc enim erat efferendum, non sensim hominibus natam esse de diis opinionem, sed primum a sapiente aliquo viro excogitatam illam doctrinam. Quae coniectura iis versibus confirmatur, quibus totum hunc locum concludit Sisyphus:

οὕτω δὲ πρότον οἶομαι πείσαι τινα
θνητοὺς νομίζειν δαιμόνων εἶναι γένος.

Deinde vs. 13 corruptum δὲ ὅς in *δέος* convertit Petitus, quod non esse verum proxima docent ὅπως εἴη τι δαίμα. Tamen cognatae significationis vocabulum hic requiritur, sententia enim est, constituisse illum virum sapientem hominibus invenire aliquid, quod illi veriti ab iniuriis deterrerentur. Hoc vocabulum *σέβας*, ni fallor, fuit. Et *σε βας* in *δε ος* facile potuit abire, ut vs. 33 *δέμας* ex *σέλας* est corruptum, quamquam hic aliam huius corruptelae causam fuisse existimo. Nam quum vs. 14 eodem versus loco *δαίμα* positum esset, quod explicari *δέος* vocabulo a grammaticis solet, haec glossa supra scripta a librario pro correctione vocabuli *σέβας* habita eiusque loco posita est. — Quale fuerit id *σέβας* a viro illo sapiente excogitatum, proximis versibus ostenditur:

ἐπιϋθεν οὖν τὸ θεῖον εἰσηγήσατο,
ὡς ἔστι δαίμων ἀφθίτῳ θάλλον βίῳ
νόη' ἰακόνων καὶ βλέπων φρονῶν τε καὶ
προσέχων τε τὰντα καὶ γύσει θεῖαν φρονῶν,
ὕψ' οὐ πᾶν μὲν τὸ λεχθὲν ἐν βροτοῖς ἀκονέται, 20
τὸ δρώμενον δὲ πᾶν ἰδεῖν δυνήσεται.

Hic de natura deorum locus corruptissimus est. Vs. 18 *δαίμων* bene dicitur *νόη' ἰακόνων καὶ βλέπων*, inepte vero additur *φρονῶν τε*, ea enim facultate non praestat hominibus numen divinum. Corrigendum igitur censuit Bachius *φρονῶν ἰακόνων*, quod quamquam cadit in deorum naturam, tamen ab hoc loco alienum est, quo mentis acie praestare deos docemur. Id ita esse ipse poeta ostendit, quum hoc *φρονεῖν* respiciens vs. 23 dicit: *ταῦτ' οὐχὶ λήσει τοὺς θεοὺς· τὸ γὰρ φρονεῖν ἔνεστι*. Deinde non neglegendum est Plutarchi testimonium, qui Mor. p. 880 E versus 17 et 18 affert, alterum ita perscriptum:

ὅς ταῦτ' ἀκούει καὶ βλέπει φρονεῖ τ' ἄγαν.

Plutarchus igitur ex memoria hunc locum afferens participiorum loco verba finita cum pronomine relativo posuit, sed quod praeterea apud eum exstat *ὅς ταῦτ'*, id librarii errori tribuendum, non ipsi Plutarcho, qui saltem posuisset *ὅς πάντ'*. Ille vero bene huius loci sententiam tenebat, corrigendumque sine dubio *ὅς γὰρ τ' ἀκούει*. Jam quod *φρονεῖ τ' ἄγαν* exhibet, id non ineptam quidem sententiam praebet, ita tamen languidum est, ut verum haberi nequeat. Equidem conicio poetam dixisse *φρονῶν τε πᾶς*, ut quum mente dixerit, non sensibus audire et cernere deum, apte iam omnem dei naturam contineri mentis agitatione atque cogitando adiciat. — Proximi versus verba *προσέχων τε ταῦτα* vitiosa esse et sententia et grammaticae ratio docet. Quod coniecit Matthiae *συνέχων ἅπαντα* prorsus alienum est ab hoc loco. Mihi *προσέχων* videtur scripsisse librarius qui *προσχω* legit quod *προσχω* erat scriptum, *ταῦτα* vero ex *ταύτη* esse corruptum. Fortasse tamen non *προῦχων τε ταύτη*, sed potius *ταύτη τε προῦχων* verum est; postquam enim *ταύτη τε προῦχων* in *ταῦτα τε προσέχων* abiit, necessario metrum ut constaret verborum ordo erat mutandus et *προσέχων τε ταῦτα* scribendum. Denique vitiosum est *θειῶν φύσιν*, inepte enim τοῦ θείου naturam ita definias, ut *θειῶν* esse dicas. Sed hoc vitium pertinet ad proximum versum, qui emendata librorum scriptura nunc ita legitur:

ὅς πᾶν τὸ λεχθὲν ἐν βροτοῖς ἀκούσεται

recte, nisi quod *ὅς ἀκούει* exspectaveris. Corrigendum videtur:

*ταύτη τε προῦχων καὶ φύσιν τοίαν φρονῶν,
ἢ πᾶν τὸ λεχθὲν ἐν βροτοῖς ἀκούσεται*

Poeta postquam trium quae vs. 15 posuif, *πράσσειν, λέγειν, φρονεῖν* de duobus exposuit, iam ad tertium et ad hanc de natura deorum partem concludendam se convertit:

*εἴαν δὲ σὺν σιγῇ τι βουλευῆς κακόν,
ταῦτ' οὐχὶ λήσει τοὺς θεοὺς· τὸ γὰρ φρονῶν
ἔρεστι. τοῖσδε τοὺς λόγους λέγων
διδασμάτων ἡδιστον εἰσηγήσατο*

25

ψευδεῖ καλύψας τὴν ἀλήθειαν λόγῳ.

Vs. 22 *σὺν σιγῇ* Meinekius mutandum censet in *καὶ σιγῇ*, quod dicere sane potuit poeta, sed aliud quiddam eum dixisse, certo demonstrari argumento potest. Quum enim Sextus argumentum huius loci afferens haec dicat: *ἐπλασαν τὸν θεὸν ἰπερ τοῦ μηδένα λάθρα τὸν πλησίον ἀδικεῖν, εὐλαβοῦμενον τὴν ὑπὸ τῶν θεῶν τιμωρίαν*, ipso hoc quem affert poetae loco illud *λάθρα τὸν πλησίον ἀδικεῖν* contineatur necesse est. Sine dubio igitur *σὺν* corruptum est ex *τινί*, restituendumque:

εἴαν δὲ τῷ σιγῇ τι βουλευῆς κακόν

Deinde vs. 24 unus pes excidit, et vs. 25 offensionem est, quod *ἡδιστον* dicitur illud *δίδαγμα*, quod dicendum erat *ἀσχηστον, βλαβερώτατον*, si quidem ille *σοφὸς ἀνὴρ* non solum mentitus homines decepit, sed etiam doctrina sua veri inveniendi, maxime in rerum natura cognoscenda viam praeculuit. Sed fortasse aliud quiddam hic dixit poeta locusque ita est emendandus:

ἔνεστι. τούσδε τοὺς λόγους λέγων ἄμα
 διδασμάτων ἡδιστον εἰσγγήσατο,
 ψευδεὶ καλῶσαι τὴν ἀλήθειαν λόγῳ.

Certe Plutarchum non καλῶσαι legisse, sed καλῶσαι, ex iis apparet quae l. c. dicit: ἐπεὶ δ' ὁ νόμος τὰ μὲν γενερά τῶν ἀδικημάτων εἴργειν ἐδύνατο, χρόνῳ δὲ ἡδίκων πολλοί, τότε τις σοφὸς ἀνὴρ ἐπέστησεν ὡς δεῖ ἀεὶ ψευδεὶ λόγῳ τυγλώσαι τὴν ἀλήθειαν καὶ πείσαι τοὺς ἀνθρώπους, ὡς ἔστι δαίμων κτλ. Hoc igitur dicit poeta: hanc doctrinam tradens simul praeceptorum institutorumque gratissimum induxit hoc, ut mendaciis obscurare veritatem docuerit; i. e. auctor fuit posteris, ut religionis nomine homines deciperent.

Deinde de sede qua deos constituerit ὁ σοφὸς ἀνὴρ, haec habet poeta:

ταίην δ' ἔγρασκε τοὺς θεοὺς ἐνταῦθ' ἵνα
 μάλιστα ἂν ἐξέπληξεν ἀνθρώπους λέγων,
 ὅθεν περ ἔργῳ τοὺς γόβους ὄντας βροτοῖς
 καὶ τὰς ὀνήσεις τῶν τελευτώσῳ βίῳ, 30
 ἐκ τῆς ὑπερθε περιφορᾶς, ἢ ἀστραπῆς
 κατεῖδεν οὐσας, δεινὰ δὲ κτυπήματα
 βροντῆς, τὸ τ' ἀστεροπὸν οὐρανοῦ σελιγ,
 χρόνον καλὸν ποταύμα τέκτορος σοφοῦ,
 ὅθεν τε λαμπρὸς ἀστὴρ στείχει μύδρος, 35
 ὃ θ' ἕρως εἰς γῆν ὄμβρος ἐπιπορεύεται.

In his quae vitiose scripta in libris exstant, ita ut a viris doctis probabiliter sunt emendata exhibui, restat vs. 35, cuius emendatio incerta est. Atque ἀστὴρ quidem quin corruptum sit non dubitatur, ἡλίον vero quod suadet Nauckius, neque veri similitudinis specie commendatur, et nisi fallor, hoc quidem vocabulo, quod non solum rem significat, sed coniunctam habet dei significationem, a quo postea res est nominata, hoc igitur vocabulo uti de industria noluit poeta. Mihi praeterea vitiosum esse στείχει videtur, in quo non offendisse interpretes miror. Nam ex coelo in terram ἡλίον quidem ἀκτῖνες στείχουσι, non ἥλιος ipse, et si tamen ἥλιος στείχειν dici potest, propterea potest, quod quo vocabulo res, eodem praecipua propriaque eius rei vis et natura declaratur; illud ridicule dicitur, μύδρον in terram descendere. De solis ortu vero vel motu cogitari hic nequit. Denique etiam tertium quiddam offendit hoc, quod articulus μύδρος vocabulo non est additus. Quamvis enim magnam in articuli usu poetae tragici sibi vindicent libertatem, hic tamen, ubi certa res nomine novo et inusitato designatur, abesse articulus nullo modo potest, dicendumque erat ὅθεν τε λαμπρὸς στείχει ὁ μύδρος. Possis igitur ita librorum scripturam esse corrigendam suspicari:

ὅθεν θ' ὁ λαμπρὸς αἰθέρος φέγγει μύδρος

Tamen nimis esse violenta haec mutatio videtur propterea quod αἰθέρος et φέγγει vocabula et notissima et hic aptissima nullam mutationis causam praebebant, neque calami errore esse ortam corruptelam credibile est. Leni quidem medicina non videtur sanari posse hic locus, interpolatione ille, ut suspicor, postquam ἀστὴρ στείχει ex ὁ στέρου τείχει corruptum est, ex hac pristina forma ortus:

ὄθεν τὸ λαμπρὸν ὁ στέρου τεύχει μύθος
 vel ἡῶθεν, ut quum supra dixerit ὄθεν ἔγνω τοὺς φόβους ὄντας καὶ τὰς ὀνήσεις, hic verbis καὶ ὄθεν
 ad ὀνήσεις transeat, ad soles et imbres.

Denique hanc de legum et deorum inventione disputationem concludit poeta his versibus:

τοιούτους δὲ περιστήσεν ἀνθρώποις φόβους
 δι' οὓς καλῶς τε τῷ λόγῳ κατόκισεν
 τὸν δαίμονα καὶ ἐν πρόποντι χωρίῳ,
 τὴν ἀνομίαν τε τοῖς νόμοις κατέσβεσεν. 40

Hi versus omnium maxime sunt corrupti. Atque metricum primi versus vitium sustulit Meinekus hac emendatione: τοίους περίξ ἔστησεν. Sed τοίους φόβους quales tandem dicit? Ita qui loquitur illos terrores modo commemoraverit necesse est. Ille vero non φόβους modo, sed etiam ὀνήσεις commemoravit, et quum τοίους φόβους, ut proxima καλῶς τε κατόκισεν τὸν δαίμονα docent, non ad hanc de deorum domicilio partem spectent, sed ad superiorem versibus 16—24 expositam, in ea quidem parte nulli omnino terrores commemorantur. Hic igitur versus nondum est persanatus. Deinde proximo versu δι' οὓς et vs. 39 καὶ ἐν ἀπέρτα sunt vitia. Posteriore loco Hermannus proposuit τὸν δαίμον' οἰκεῖν ἐν, praeterea Nauckius κατόκισεν convertendum esse in καθώρισεν suspicatur. Ita sententia sane quaedam existit, sed sententia qua ineptius cogitari nihil possit. Postquam enim de deorum domicilio copiose elataque oratione exposuit poeta, denique omnia complectens: „tales ille, inquit, iniecit hominibus terrores idemque bene doctrina sua deum apto loco collocavit.“ Haec ut inepta, ita inscite adiecta sunt illa: τὴν ἀνομίαν τε τοῖς νόμοις κατέσβεσεν. Hic versus docet talem hic requiri sententiam: „ille sapiens vir et deo constituto, scelerum vindice, ab iniuriis homines absterruit et legibus delicta oppressit“. Quare ita hunc locum existimaverim esse corrigendum:

τοίους περίξ ἔστησεν ἀνθρώποις φόβους
 θεσμοῖς, κολαστὴν τῷ λόγῳ κατοικήσας
 τὸν δαίμον' ἀδίκων ἐν πρόποντι χωρίῳ,
 τὴν ἀνομίαν τε τοῖς νόμοις κατέσβεσεν.

Praeterea de aliis quoque poetarum fragmentis dicturi quum supra Plutarcho teste usi simus non satis locuplete, primum de eiusdem Plutarchi simili quodam errore disputabimus. Affert ille Mor. p. 116 D hos Jonis tragici versus (fragm. 55, p. 576 ed. Nauck):

τὸ γινῶθι σαντὸν τοῦτ' ἔπος μὲν οὐ μέγα,
 ἔργον δ' ὅσον Ζεὺς μόνος ἐπίσταται θεῶν.

Haec percurrenti recte dicta videri possint, quoque uno impugnari argumento possunt, id levius, credo, multis videretur, nisi testium accederet testimonium. Usurpant enim eosdem versus Schol. Plat. p. 919b 29 sic scriptos:

τὸ γινῶθι σαντὸν ἐν λόγοις οὐδὲν μέγα
 ἔργον δὲ μόνος τοῦτ' ἐπίσταται θεός

et Olympiodorus in Plat. Alcib. pr. p. 201:

τὸ γινῶθαι σαυτὸν ἐν λόγοις οὐδὲν μέγα
ἔργον μόνος δὲ Ζεὺς ἐπίσταται θεῶν.

Priorem versum quin recte scriptum servaverit Plutarchus dubitari nequit. Alteri testi, unus est enim utriusque memoriae auctor, quum τούτο excidisset memoriaeque obversaretur sententia τὸ γινῶθαι σαυτὸν λόγῳ οὐ μέγα, metri causa posuit ἐν λόγοις et οὐδέν. Illud ἐν λόγοις deinde librarium ut altero versu ἔργον mutaret in ἔργῳ commovit, quod apud scholiastam legitur. In priore igitur versu quum nullus usus sit alterius testimonii, utile illud tamen est ad emendandum alterum versum, qui apud Plutarchum sine dubio mendose scriptus est. Jon enim, si iisdem quae Plutarchus tradit verbis uti voluisset, hunc fecisset versum:

ἔργον δ' ὅσον θεῶν Ζεὺς ἐπίσταται μόνος

Quid dixerit Jon, alterius testimonii auxilio cognosci certo potest. τὸ γινῶθαι σαυτὸν τούτο, inquit, est ἔπος μὲν οὐ μέγα,

ἔργον δ' ὁ μόνος Ζεὺς ἐπίσταται θεῶν.

Olympiodorus haec ipsa Jonis verba ascripserat, librarius vero, quum δο in δε errore mutatum esset, metri causa δὲ μόνος, ut ille legebat, transposuit. Apud scholiastam quod sententia postulare videbatur posuit librarius, mutavitque ἔργον in ἔργῳ et quum litterarum similitudine seductus Ζεὺς pro τούτ' haberet, θεῶν in θεός; metri vero quum nullam haberet rationem, verum verborum ordinem servavit. Plutarchus denique aut memoria lapsus quemadmodum apud Critiam ἀκούων in ὅς ἀκούει, ita hic ὁ μόνος in ὅσον μόνος mutavit, aut quum in exemplari suo μόνος invenisset διὰ οὐ βραχέως scriptum ΜΟΝΟΣ, id μόνος legens numeros ut restitueret, mendosam, ut sibi videbatur, scripturam correxit.

Copiosius disputavimus de hoc loco, qui satis aptus esset ad usitata quaedam vitiorum genera cognoscenda. Quae vitia si ita sunt comparata, ut vel restituta simili littera, vel usitato calami errore remoto loci integritas restituatur, id emendationum genus maximam habet probabilitatis speciem; plerumque tamen cum eiusmodi erroribus conjunctae sunt etiam aliae mutationes, quae librariorum accesserunt industria suo arbitrio medelam loco adhibere conantium. Illius generis errores quum multi sint correcti, tum nonnulli etiamnunc latent. Patroclis Thurii locum Stobaeus Flor. 111, 3 servavit hunc (p. 645 ed. Nauck):

καὶ νῦν τὰ δεινὰ ταῦτα καὶ τὰ πόλλ' ἔπη
εἰς ᾧδε μικρὸν τεύχος ἤθροισεν τύχη.
τί δῆτα θνητοὶ πόλλ' ἀπειλοῦμεν μάτην
δεινὸς ἐπ' ἀλλήλοισι πέμποντες λόγους,
καὶ πάντα συννοοῦμεν ἐκπράξιν χερί,
πρόσω βλέποντες; τὴν δὲ πλησίον τύχη
οὐκ ἴσμεν οὐδ' ὀροῦμεν ἀθλίον μόνον.

5

Quae vs. 5 requiritur notio, eam συννοεῖν verbum non habet. Qui ad verba ἐκπράξιν χερί attenderit, locum intellegit errore remoto satis usitato ita esse restituendum:

καὶ πάντα νοῦν νοοῦμεν ἐκπράξιν χερί

Euripidis locus exstat apud Stobaeum Ecl. 1, 3, 21 p. 114 hic:

οὔτοι προσελθούσ' ἢ Λίχη σε πώποτε
παίσει πρὸς ἦπαρ οὐδὲ τῶν ἄλλων βροτῶν
τὸν ἄδικον, ἀλλὰ σίγα καὶ βραδεῖ ποδι
στείχουσα μάρφει τοὺς κακούς ἀεὶ βροτῶν.

idemque apud Plutarchum Mor. p. 549 A, ubi tamen primo versu non *πώποτε*, sed *μὴ τρέσης*, ultimo vero *στείχουσα μάρφει τοὺς κακούς ὅταν τύχη* exhibetur. Cuius generis arbitrariae mutationes apud Stobaeum complures reperiuntur. Commune vero utrique memoriae vitium gravissimum est, quum in priore oppositionis membro desideretur ipsa illa notio in qua oppositio consistit, *ὄνκ εὐθύς*, *ἀλλὰ τῷ χρόνῳ*. Corrigendum igitur videtur:

οὔτοι προσελθούσ' ἢ Λίχη σε, μὴ τρέσης,
παίσει τὸδ' ἡμαρ

quibus verbis iam bene opponuntur ultimi versus verba *μάρφει ὅταν τύχη*. Similiter dixit Sophocles Oed. Col. 433 *ἐπεὶ τοι τὴν μὲν ἀντίχ' ἡμέραν, ὀπιρῖά' ἔξει θυμός* — *οὐδεὶς ἔρωτος τοῦδ' ἐγαίνει' ὠφελῶν*. Hic accusativi usus quum non satis usitatus esset, contra *παίειν πρὸς ἦπαρ* ex ipso Euripide notum, *ἡμαρ* quod invenit, *ἦπαρ* legit librarius. Eodem modo usitatum dicendi genus restituere sibi visus est librarius, quamquam nulla litterarum similitudine seductus in similis argumenti loco Theodectis ab eodem Stobaeo l. c. s. 22 allato, apud Nauckium p. 625:

ὅστις δὲ θνητῶν μέμνηται τὰ θεῖ', ὅτι
ὄνκ εὐθύς, ἀλλὰ τῷ χρόνῳ μετέρχεται
τοὺς μὴ δικάιους, πρόφρασιν εἰσακονσάτω
εἰ μὲν γὰρ ἀντίχ' ἦσαν αἱ τιμωρία,
πολλοὶ διὰ φόβον κοῦ δι' εὐσεβῆ τρόπον
θεοὺς ἂν ἠύξον ἤν δὲ τῆς τιμωρίας
ἄπωθεν οὐσίης τῇ γήσει χροῶνται βροτοί.
ὅταν δὲ φωραθῶσιν ὀφθέντες κακοί,
τίνοσι ποινὰς ὑστέροισιν ἐν χρόνοις.

Versu penultimo *φωραθῶσιν ὀφθέντες* vitiosum esse intellexit Meinekius, interpolatam vero eam scripturam esse non puto, sed quum *φωρᾶν* deprehendendi significatione cum participio coniungi sciret librarius, id posuit eius loco quod poeta dederat:

ὅταν δὲ φωραθέντες ὀφθῶσιν κακοί

Homines, inquit, poenae timore remoto suam quisque naturam secuti vivunt; denique examinati si mali reperiuntur, poenas dant.

Menandri locum apud Stob. Flor. 94, 11 mendose scriptum praebent libri:

κρείττον ὀλίγ' ἐστὶ χροῖματ' ἀνυπόπτως ἔχειν,
ἢ πολλὰ φανερώς ἃ δεῖ μετ' ὀνειδῶν λαβεῖν.

ἃ δεῖ est in codicibus, ἃ δὲ in edit. Nunc vulgatur ex Grotii emendatione ἢ *πολλὰ φανερώς*, ἀλλὰ *μετ' ὀνειδῶν λαβεῖν*, qua aptam sententiam non esse restitutam non est quod demonstrum. Mihi scripsisse videtur Menander:

κρείττον ὀλίγ' ἐστὶ χροίματ' ἀνυπόπτως σ' ἔχειν,
ἢ πόλλ' ἂ φανερώσει σε, μετ' ὀνειδούς λαβεῖν.

Hic φανερώσει εἰσε abiit in φανερώσει αδει vel αδε, nisi probabilius est hanc corruptelam ex tali

codicis scriptura repetere: ἢ ^απολλά φανερώσει. Hoc igitur loco librarius verba Graeca posuit, loci sententiam numerosque neglexit. Simili modo versatus est in Chaeremonis fragmento apud Stob. Flor. 91, 11. frgm. ed. Nauck. p. 614:

πλοῦτος δὲ πρὸς μὲν τὰς ὄλας τιμὰς ἰὼν
οὐκ ἔσχευ ὄγκον ὥστε καὶ δόξης τυχεῖν,
ἀλλ' ἐστὶ σεμνός· ἐν δὲ δώσει βροτῶν
ἠδὺς συνοικεῖν καὶ τιν' εὐλιχῶς χάριν.

Vs. 3 vulgatur ἐν δὲ δώσει, codex M. praebet ἐν δὲ δώσει, unde Nauckius bene restituit ἐν δὲ λήσσει, praeterea corrigendum συνοικῶν, ut altera loci pars expedita sit. Quae vero verbis ἐν δὲ λήσσει βροτῶν συνοικῶν in priore parte opponuntur verba πρὸς μὲν τὰς ὄλας τιμὰς ἰὼν, ea non minus sunt corrupta, neque enim aut ὄλαι τιμαί quae dicantur intellegitur, aut omnino honores apte hic commemorantur. Mihi et omnem oppositionis rationem consideranti et ad verba ἐν λήσσει et συνοικῶν attendenti corrigendum videtur:

πλοῦτος δὲ πρὸς μὲν τὰς ὄλων στέγας ἰὼν

Praeterea offensioni erant verba ἀλλ' ἐστὶ σεμνός, quorum loco ἀλλ' ἐστ' ἄσεμνος Hermannus proposuit, non recte, hoc enim dicitur: οὐκ ἔσχευ ὄγκον ὥστε καὶ δόξης τυχεῖν, ἀλλ' ἔχει ὄγκον ὥστε σεμνός εἶναι, quidque σεμνός hic significet oppositum ἠδὺς docet; fastidiosi autem esse solent νεόπλουτοι. Primi igitur versus corruptela ita orta est, ut ο. λουσ τεγασ in ολας τιμας converteret librarius, qui quemadmodum tertio versu quum λήσσει vocabuli loco δώσει poneret, ο quam similis σ littera sequeretur, omisit, σιν vero ut dativi terminationem propter ἐν praepositionem necessariam restitueret, in σεi mutavit, ita hic et χ litteram omisit et ουσ in feminini generis terminationem hic necessariam convertit; τιμὰς vero posuit, quod huius significationis vocabulum proxima ὄγκος et δόξα requirere ei videbantur. Quae quidem ratio ita interdum valuit, ut etiam vocabula ex parte tantum similitudinem quandam prae se ferentia commutarentur. Id factum puto in Euripidis loco a Stobaeo Flor. 79, 27, frgm. 1048 ed. Nauck. servato:

ἀλλ' ἴσθ' ἐμοὶ μὲν οὔτος οὐκ ἔσται τόμος,
τὸ μὴ οὐ σέ, μήτε, προσφιλῆ ρέμειν αἰεὶ
καὶ τοῦ δικαίου καὶ τόκων τῶν σῶν χάριν.
στέργω δὲ τὸν γένεσται τῶν πάντων βροτῶν
μάλιστα· ὀρίξω τοῦτο, καὶ σὺ μὴ φθόνει
κεῖνον γὰρ ἐξέβλαστον οὐδ' ἂν εἰς ἀνήρ
γυναικὸς ἀδῆσειεν, ἀλλὰ τοῦ πατρὸς.

Ultimo versu ad ἀδῆσειεν accusativum ἐμέ esse addendum et γυναικὸς loco τῆς μητρὸς requiri intellexit Meinekius, et sane illud γυναικὸς, quo ineptius nihil cogitari potest, librarii temeritati debetur, Euripides vero dederat:

κείνου γὰρ ἐξεβλαστον οὐδ' ἂν εἰς μ' ἀνήρ
γένος σὸν ἀυδήσειεν, ἀλλὰ τοῦ πατρὸς.

In Euripidis ex Peleo loco, frgm. 621 ed. Nauck.:

τὸν ὄλβον οὐδὲν οὐδαμοῦ κρῖνω βοοτοῖς,
ὄν γ' ἐξαλείφει ἕξω ἢ γραφὴν θεός

librarius proximo οὐδαμοῦ seductus οὐδὲν posuisse videtur, cuius loco fortasse, res enim est incerta, τὸν ὄλβον ἔνδον vel τὸν ἔνδον ὄλβον invenit. Non solum divitiae sunt ἔνδον, sed etiam ὄλβος, ut Sophocles Creus. frgm. 326 ed. Nauck. dixit:

οὔτε γὰρ γάμον, ὦ φίλοι,
οὔτ' ἂν ὄλβον ἔμμετρον
ἔνδον εὐξάμειαν εἶχει
φθονερά γὰρ ὁδοί.

ubi ὦ delendum suspicatur Nauckius, ego potius altero versu scripserim: οὔτ' ἂν ἔμμετρον ὄλβον, quod cur mutatum sit apparet. Euripides τὸν ἔνδον ὄλβον opponere videtur rei, cuius possessio certa est, ut fragm. 1051, apud Stob. Flor. 88, 1:

ἢ τοῖς ἐν οἴκῳ χορήμασιν λελειμέθεα,
ἢ δ' εὐγένεια καὶ τὸ γενναῖον μένει.

Non recte hic ἢ mutatum est in εἰ, illud posuit librarius ad versum explendum, cuius syllaba una exciderat, restituendumque videtur:

τοῖς ἐν μὲν οἴκῳ χορήμασιν λελειμέθεα,

iis quidem, inquit, quae domi sunt bonis sumus orbatī, quae vero in nobis ipsis insunt, manent. Eiusdem generis medicina adhibenda est Euripidis loco ex Oenomao apud Stob. Flor. 99, 8, frgm. 576 ed. Nauck.

ἐν ἔστι πάντων πρώτων εἰδέναι τοντί,
φέρειν τὰ συμπίπτοντα μὴ παλιγρότως
χούτος γ' ἀνήρ ἄριστος αἰ τε συμφοραὶ
ἦσσον δάκνουσιν. ἀλλὰ ταῦτα γὰρ λέγειν
ἐπιστάμεσθα, δρᾶν δ' ἀμυγάνως ἔχει.

Primi versus ultimum vocabulum τοντί non calami errore esse natum, sed ab interprete additum vel pronominis forma docet. Praeterea ne illo quidem loco quem occupat glossa, excidisse quod excidit certum est. Quum enim verborum structura alia esse non possit nisi haec: πάντων πρώτων ἐν ἔστι τοντί εἰδέναι φέρειν μὴ παλιγρότως τὰ συμπίπτοντα, sequitur quae coniungenda essent εἰδέναι φέρειν, vocabulo aliquo interposito non esse separata a poeta, εἰδέναι igitur in exitu versus fuisse collocatum. Jam quum quid exciderit poeta ipse doceat, qui pergat: καὶ οὗτος γε ὁ ἀνήρ ἄριστος, corrigendum esse apparet:

ἐν ἔστι πάντων ἀνδρῶν πρώτων, εἰδέναι

Non minus certa ratione, si quid video, suppleri versus potest variis modis haud feliciter a viris doctis tentatus Astydamantis in fragmento a Stobaeo Flor. 86, 3 servato, p. 605 ed. Nauck.:

γένους δ' ἐπαινός ἐστιν ἀσφαλίστατος
κατ' ἀνδρ' ἐπαινεῖν, ὅστις ἂν δίκαιος ἢ
τρόπους τ' ἀριστος, τοῦτον εὐγενῆ καλεῖν
ἔνεκα τῶν ἐστὶν εὐρεῖν ἀνδρ' ἕνα,
καὶ τοῦτον οἱ ζητοῦντες εἰσὶ μωροί.

Vs. 2 κατ' ἀνδρα κρίνονθ' Heimsoethius, vs. 5 κἄν (codices καὶ) — ὡς Grotius bene correxerunt, restat vs. 4 graviter corruptus. Atque ἔνεκα τῶν depravatam esse ex ἐν ἑκατόν perspexit Porsonus. Deinde ad metricum vitium εὐρεῖν ἀνδρ' ἕνα removendum invertendus est verborum εὐρεῖν ἀνδρ' ordo, a librario ille profectus ἀνδρ' ἕνα ex linguae ratione coniungenda etiam componente collocatione. Denique quum et ad integritatem versus unus pes, primus sine dubio desit, et ad sententiam negatio sententiarumque coniunctio aliqua desideretur, haec igitur reputanti quasi extorquetur haec versus emendatio:

ὄν οὐκ ἐν ἑκατόν ἐστιν ἀνδρ' εὐρεῖν ἕνα

Ut hic ὄν ἕνα Euripides, ita ὄντινα ἕνα dixit Sophocles in Phaedra frgm. 616 ed. Nauck.:

τὸν δ' ἐντυχοῦντα πάντ' ἀριθμήσας βροτῶν
οὐκ ἐστὶν ὄντως ὄντιν' εὐρήσεις ἕνα.

Coniectura nostra etiam eo commendatur, quod ratio corruptelae potest probabilis reddi. Librarius enim quum exaratis primis verbis ὄν οὐκ ad proximorum ἐν ἕκ litteram κ aberrasset erroreque intellecto ommissa supra scripsisset, haec pro correctura habita in textum sunt recepta, illa vero ὄν οὐκ expulsa. Deprayatam hanc scripturam suo arbitrio alii correxerunt, ut ἐν' ἀνδρα τούτων ἐστὶν εὐρεῖν δυσχερές, quod est in codice A, vel quod B habet: οὐκ ἐν' ἀνδρα τούτων ἐστὶν εὐρεῖν εὐχερές, quas interpolationes manifestas nostrae aetatis critici novis auxerunt commentis.

Facilius librarii correctionem agnoscas in Dicaeogenis versibus apud Stob. Flor. 79, 6, Fragm. ed. Nauck. p. 602:

αὐτὸς τραφεῖς δὲ τῶν φητευσάντων ὑπο
καλῶς τὸν αὐτὸν ἔρανον αὐτοῖσιν νέμεις.

Hic qua ratione commotus Nauckius post καλῶς comma posuerit, non assequor; ad τραφεῖς enim referri καλῶς nequit, siquidem θρεπτήρια parentibus omnino debentur, non solum iis qui bene, sed qui quoquomodo educarunt filios. Quod igitur apud Arsenium p. 341, 21 exstat νέμεις, id iam consociari cum καλῶς non potest, νέμεις vero vix verum est. Sed praeterea offensionis ratio. Recte enim diceretur ὑπὸ τῶν φητευσάντων τραφεῖς τὸν αὐτὸν ἔρανον αὐτοῖς νέμεις, nunc αὐτὸς addito dicendum erat: ipse quum a parentibus nutritus sis, etiam parentes a te nutriris par est. Corrigendum igitur:

καλῶς τὸν αὐτὸν ἔρανον ἂν καὶ αὐτοῖς νέμεις.

Postquam post ἔρανον ἂν excidit, καὶ αὐτοῖς metri causa in αὐτοῖσιν convertendum erat. Sed ne priorem quidem versum integrum esse vitiosa δέ particulae collocatio docet. Nam αὐτὸς ut efferretur versus initio positum est. Quam igitur ars metrica suppeditabat ad id efficiendum rationem, ea usus est poeta, ipsa linguae ratio quod non commendabat, sed ultro imponebat, id eum neglexisse vimque

ipsam sententiam fregisse putabimus? Correxeram igitur *αὐτὸς δὲ θρηνηθεὶς*, idemque iam Porsonum proposuisse Gaisfordi editione inspecta intellexi, quam certam emendationem miror neque a Nauckio neque a Meinekio commemoratam esse. Inusitatae formae loco usitatam posuit librarius. Similis, quamquam non eiusdem generis, glossa tollenda ex Euripidis Melanippes versibus apud Stob. Flor. 69, 11, frgm. 497 ed. Nauck.

*τῆς μὲν κακῆς κάκιον οὐδὲν γίγνεται
γυναικὸς, ἐσθλῆς δ' οὐδὲν εἰς ὑπερβολὴν
πέφυκ' ἄμεινον· διαφέρουσι δ' αἱ φύσεις.*

Vs. 1. *οὐδὲν* suspicionem movet propterea quod idem altero quoque versu positum est, falsum esse evincit metricum vitium. Poeta dederat

*τῆς μὲν κακῆς κάκιον ἄλλ' οὐ γίγνεται
γυναικὸς,*

ut Sophocles dixit fragm. 188 ed. Nauck.

*ὦ πᾶν σὺ τολμήσασα καὶ πέρα, γύναι,
κάκιον ἄλλ' οὐκ ἔστιν οὐδ' ἔστι ποτὲ
γυναικὸς, εἴ τι πῆμα γίγνεται βροτοῖς*

librarius vero supra scripsit *οὐδὲν*, quo illud expulsum est.

Revertor ad illud vitiorum genus. Stobaeus Flor. 87, 7. 8 haec habet:

Ἐπιχάρμου·

*οὐκ ἔστιν οὐδεὶς ἀποδεδειγμένος τόπος,
ὅς ἢ πονηρὸς πάντας ἢ χρηστοὺς ποιῇ.*

Εὐριπίδου·

ἢ φύσις ἐκάστω τοῦ γένους ἐστὶν πατρὶς.

Sequuntur *Εὐριπίδου Ἠλέκτρας* duo versus. Recte videntur statuere qui Epicharmi locum excidisse, tertium vero versum, qui Euripidi tribuitur, cum primis duobus coniungendum esse coniecerunt. Tertio versu aperte corrupto cod. Vindob. praebet *τῶν γένους*, quae scriptura non negligenda videtur. Fortasse corrigendum:

*οὐκ ἔστιν οὐδεὶς ἀποδεδειγμένος τόπος,
ὅς ἢ πονηρὸς πάντας ἢ χρηστοὺς ποιῇ·
ἢ φύσις ἐκάστω τὸν γένους τ' ἐστὶν πατρὶς.*

Versus ex Euripidis *Antigona* apud Stob. Flor. 93, 13, frgm. 163 ed. N.

*ἄνδρὸς φίλον δὲ χρυσὸς ἀμαθίας μέτα
ἄχρηστος, εἰ μὴ κἀρετὴν ἔχων τύχοι*

quum *φίλον* in suspicionem vocasset Nauckius, et alii et ego tentavimus coniecturis, quibus fortasse praestat haec:

ἄνδρὸς ζαλιότου χρυσὸς ἀμαθίας μέτα

Clemens Alex. Str. III. p. 520 hos Euripidis versus affert, frgm. 900 ed. Nauck.

τὸ μὴ γενέσθαι κρείσσον ἢ φῆναι βροτοῖς.
 ἔπειτα παῖδας σὺν πικραῖς ἀλγηδόσι
 τίκω· τεκοῦσα δ' ἦν μὲν ἄφρονας τέκω,
 στένω ματαιῶς, εἰσορῶσα μὲν κακοῦς,
 χρηστοῦς δ' ἀπολλῦσα· ἦν δὲ καὶ σεσωσμένους, 5
 τήκω τίλαιναν καρδίαν ὀρροδίαι.
 τί τοῦτο δὴ τὸ χρηστόν; οὐκ ἀρκεῖ μίαν
 ψυχὴν ἀλνεῖν καπὶ τῆδ' ἔχειν πόρους;

Vs. 3. ἦν μὲν ἄφρονας τέκω coniecit Madvicus, quod miror a Nauckio esse commemoratum, neque enim aut ἄφρονας suspectum, aut ἄρσενας hic ullo modo dici potuit. Ita enim requireretur oppositum membrum ἦν δὲ θήλεις τέκω, certe cogitasse mulier de tali oppositione putanda esset, de qua eam non cogitasse certum est, sive ἄρσενας robustos intellegi, sive mares voluit Madvicus. Haec igitur integra sunt, corrupta vero proximi versus verba εἰσορῶσα μὲν κακοῦς. His enim opposita essent proxima χρηστοῦς δ' ἀπολλῦσα, quae est verborum non sententiarum oppositio. Recte dixisset εἰσορῶσα ὄντας κακοῦς, χρηστοῦς δ' ἀπολλῦσα, hoc tamen loco absurda haec existeret sententia, ex malorum filiorum numero malos quidem esse superstites, bonos vero mortuos. Apertum est μὲν hic mendose scriptum corrigendumque esse

στένω ματαιῶς εἰσορῶσα ἦν κακοῦς

Non dixit εἰσορῶσα αὐτοῦς κακοῦς, ne nimis obiectum efferretur, sed illo pronomine usus est, cuius vis ex eiusmodi locis perspicitur, qualis est Soph. Trach. 289 αὐτὸν δ' ἐκείνον, ἐντ' ἂν ἀγρὰ θύματα ἔβλεψεν πατρὸς Ζηνὶ τῆς ἀλώσεως, φρόνι ἦν ὡς ἤζοντα. Hoc igitur vitio sublato, totius loci constructio expedita est. Verbis χρηστοῦς δ' ἀπολλῦσα oppositio continetur illorum ἦν μὲν ἄφρονας τέκω, cui oppositioni eam formam dedit poeta, ut posito κακοῦς statim adiungeret contrarium χρηστοῦς orationisque brevitate usus ἦν τέκω omitteret, in proximis tamen ἦν δὲ καὶ σεσωσμένους conditionalem particulam poneret eoque assumendam illam etiam ad priorem huius membri partem esse doceret. Plena igitur oratio haec esset: ἦν μὲν ἄφρονας τέκω, στένω εἰσορῶσα ἦν κακοῦς, χρηστοῦς δὲ ἦν τέκω, στένω ἀπολλῦσα αὐτοῦς, ἦν δὲ καὶ οὕτως τέκω ὥστε σεσωσθῆναι, τήκω καρδίαν ὀρροδίαι.

Eiusdem argumenti est locus Euripidis ex Oenomao apud Stob. Flor. 76, 2, frgm. 575 ed. Nauck.

ἀμνηστῶ δ' ἔγωγε κοῦκ ἔχω μαθεῖν,
 εἴτ' οὐκ ἄμεινόν ἐστι γένεσθαι τέκνα
 θνητῶσαν, εἴτ' ἄπαιδα παρποῦσθαι βίον.
 ὄρω γὰρ οἷς μὲν οὐκ ἔφυσαν, ἀθλόους
 ὄσοισι δ' εἰσίν, οὐδὲν ἐντηγεστέρους. 5
 καὶ γὰρ κακοὶ γεγῶτες ἐχθίστη νόσος,
 καὶν αὖ γένονται σώφρονες, κακὸν μέγα,
 λυποῦσι τὸν φύσαντα μὴ πάθωσί τι.

Vs. 7 κακὸν μέγα aequo animo ferebant interpretes, intolerabile, ut mihi quidem videtur. Nam quum hic et superior versus oppositi sint, etiam quae horum versuum exitus obtinent ἐχθίστη νόσος et κακὸν μέγα opponi videntur, ut mali filii maximum, boni magnum dicantur malum, quod ineptum

est. Nihil aliud enim hic dici potest nisi filios malos maximam esse pestem, sin boni sint, ne hoc quidem malo vacare, angi enim, ne quid iis accidat parentes. Sin autem poeta non liberos dici *κακὸν μέγα* voluit, sed *τὸ λυπεῖν τὸν φύσαντα*, saltem *κακὸν τόδε* vel *κακὸν τόδ' αὖ* dicere debebat. Neque si quis ultimo versu apodosin contineri sententiae conditionalis *κἂν αὖ γένωνται σώφρονες* coniciat, interposita illa *κακὸν μέγα* huius loci sententiae ullo modo convenirent. Sententiae ratio hanc lenem emendationem commendare videtur:

*κἂν αὖ γένωνται σώφρονες, κακοῦ μέγα
λυποῦσι τὸ φύσαντε μὴ πάθωσί τι*
„etiamsi vero boni fiunt, non fiunt sine malo, angunt enim, ne quid accidat, parentes.“

Zopyri versuum apud Stob. Flor. 63, 8, Fragm. ed. Nauck. p. 646

*μηδεὶς ἄπειρος τῶν ἐμῶν εἴη φίλων
ἔρωτος, ἐντυχῶν δὲ τὸν θεὸν λάβοι*

haec esse sententia videtur: „nemo eorum mihi qui cari sunt, Amoris sit expers, modo caste eum deum recipiat.“ Possis igitur suspicari:

ἐντυχῶν δὲ τὸν θεὸν λάβοι
Meinekus egregie, ut solet, correxit *ἐντυχῶν δὲ τὸν θεὸν λάβοι*, dubito tamen, num *θεός* hac quidem significatione dici potuerit ab homine Graeco *Ἔρωτα* quamvis impurum, deum tamen esse credente.

Auges Euripideae versus apud Stob. Flor. 46, 9

οὐ τῶν πανούργων οἶκος, ἀλλὰ τῆς δίκης
quae sit sententia incertum est. Possis conicere

οὐ τῶν πανούργων οἶκος ἀνάλλυσις δίκης;

vel *ὁ τῶν — δίκης*. Verba essent patris filiae ignoscere nolentis. Sed difficile est quidquam statuere ubi ne de sententia quidem constat, cuius generis quum permulta exstent fragmenta, nisi leni mutatione restitui locus potest, abstinendum potius a correctione. Multo etiam magis cavendum, ne spreto vel iis quae suppetunt criticae artis adminiculis nimis ingenii motibus libidinique indulgeamus. Stobaeus Flor. 108, 30 e Menandri Canephoro affert locum

*ἀλογίστον τρόπον
ἀτύχημα φεύγειν ἐστὶν οὐκ ἀνθαίρετον*

quo Heimsoethius *ἀτύχημ' ἐλέγχειν* corrigendum esse censet, insipientis enim esse vituperare infortunium non voluntarium. Etiam *ἀτύχημα προσφέρειν οὐκ ἀνθαίρετον* insipientis est, quibus similia etiam alia excogitari possint. Verum non est hic temere opinandum, quum quae sit loci sententia Stobaeus ipse titulo doceat his exemplis inscripto: *ὅτι δεῖ γενναίως φέρειν τὰ προσπίπτοντα*. An temere huc illatum esse hunc locum putabimus propterea quod si *φεύγειν* verbi loco aliud quoddam ponatur, sententia aliqua prodeat? Hic quidem *φεύγειν* effugere velle recte videtur dictum esse, insipientis enim est mala a necessitate imposita effugere velle, quae potius toleranter sunt ferenda. cf. Compar. Men. et Phil. p. 361 *ὁ δεῖ παθεῖν σε μηδαμοῦ σκέψη φηγεῖν κτλ.* — Orion. Anthologn. VIII., 9 hos habet Menandri *ἐκ τῶν Κυβερνητῶν* versus:

οἱ λαλοῦμεν ὄντες οἱ τρισάθλιοι
 ἅπαντες οἱ φησῶντες ἐφ' ἑαυτοῖς μέγα
 οὔτοι γὰρ οὐκ ἴσασιν ἀνθρώπων φύσιν.

Primo versu aliquid huiusmodi dictum esse censet Heimsoethius

εἰσὶν ταλαυποροὶ τε καὶ τρισάθλιοι
 quae quidem verba ex illis errore quodam vel correctione orta esse ne ipse quidem affirmabit, sed ne hoc quidem, aliquid eiusmodi a poeta esse profectum, concedat qui ex ea quae tradita est litterarum memoria quid probabile videatur colligere, quam suo ipse animo divinare malit. Eundem enim locum etiam Stobaeus Flor. 22, 11 servavit, apud quem omissis οἱ λαλοῦμεν ὄντες verbis ὦ τρισάθλιοι scriptum est. Videtur igitur Stobaeus illa verba propterea omisisse quia cum superioribus coniuncta integram sententiam non continerent, Orion vero quum tamen quodammodo intellegi possent, integrum versum afferre maluisse. Mendose vero sine dubio scripta sunt illa verba, fortasse ita restituenda:

οἱ λάλοι γερονότες ὦ τρισάθλιοι

Commendatur haec coniectura eo quod proximus apud Stobaeum locus eiusdem Menandri hic est:

πᾶς ὁ μὴ φροῶν
 ἀλαζονείᾳ καὶ φρόνοις ἀλίσκεται.

Ex Euripidis Chryippo qui apud Stobaeum Flor. 66, 2 exstant duo versus

γνώμη σοφός μοι καὶ χεῖρ ἀνδρείαν ἔχει
 δόσμορφος εἶν μᾶλλον ἢ καλός κακός

eorum priorem ita corrigit Heimsoethius

μορφῇ καλός μοι καὶ χεῖρ ἀνδρείαν ἔχει
 nam τὸν δόσμορφον καὶ ἀγαθόν praecessisse τὸν καλλίμορφον καὶ κακόν. Solet Heimsoethius acriter intueri sententias neque librorum sibi imponere errores patitur, recteque hic quid desideretur ostendit. Id vero ipso hoc versu ut dictum sit non sequitur, potuit iis quae antea dicta sunt contineri. Stobaeus vero posterioris tantum versus causa hunc locum attulit, priorem addidit ut qua significatione κακός hic dictum esset appareret. Mutatio vero illa nimis est violenta. Nam γνώμη si invenit librarius facile καλός in σοφός mutare potuit, si μορφῇ, facile σοφός in καλός, utrumque eum mutasse incredibile est eiusque generis medicinam nisi certis quibusdam rationibus coacti adhibere non debemus. Hic facilius possis conicere γνώμη καλός μοι καὶ χεῖρ ἀνδρείαν ἔχει, vel γνώμη καλόν μοι καὶ χεῖρ ἀνδρείαν ἔχειν quaeque alia quis excogitaverit. Sed in re tam incerta arti criticae convenientius est librorum scriptura diligenter examinata tum demum de sententia coniecturam facere. Primum igitur non ἔχει quae est editionis scriptura, sed ἔχειν codices praebent, idque quum verbum finitum sententiae deesset, mutatum in ἔχει, hoc in ἔχειν nemo convertisset. Etiam alterum non neglegendum, non γνώμη σοφός vel γνώμη σοφός, sed γνώμη σοφός in libris exstare. His ego fundamentis nisus quum σεχον librarius invenisset, non multum illud diversum a σεχσο, id eum σοφσο vocabulo γνώμη seductum legisse, locumque ita corrigendum esse coniecero:

Π. γνώμης ἔχον μοι καὶ γὰρ ἀνδρείαν ἔχειν.

X. δύσμορφος εἶναι μᾶλλον ἢ καλὸς κακός.

Sic Thucyd. I, 140 τῆς μὲν γνώμης, ὡς Ἀθηναῖοι, ἀεὶ τῆς ἀντὶς ἔχομαι μὴ εἶκειν Ἑλλοπονησίοις, h. e. non esse cedendum. Talem coniecturam non temere puto esse factam, veram esse non dico. Quid? quod non solum singuli versus ex oratione aliqua vel colloquio decerpti, sed longiores etiam orationes ita sunt interdum depravatae, ut de loci sententia non constet. Stobaeus Flor. 64, 13 hunc servavit Σοφοκλέους ἐν Ἀχιλλέως ἐρωσταῖς locum:

ἔρωτος γὰρ νόσημα τοῦτ' ἐφήμερον κακόν.

ἔχοιμ' ἀν' αὐτὸ μὴ κακῶς ἀπεικάζου.

ὅταν πάγον φανέντος αἰθροῖον χεροῖν

κρυστάλλον ἀρπάζουσι παιδικαῖς ἄγῃ,

τὰ πρῶτ' ἔχουσιν ἡδονὰς ποταμίων·

τέλος δ' ὁ κρυμὸς οὐθ' ὅπως ἀγῆ θέλει

οὐτ' ἐν χεροῖν τὸ κτῆμα σύμμορον μένει.

οὔτε τοὺς ἐρωτίας ἀντὸς ἡμερος

δρᾶν καὶ τὸ μὴ δρᾶν πολλάκις προίεται.

Plura in hoc corruptissimo loco a viris doctis correcta sunt, gravissima restant. Ne longius sim in singularum emendationum commemoratione, vs. 6 Meinekii haec exstat adnotatio: „ἀγῆ: ἀγῆς? at si dicere voluit poeta nolle glaciem dimitti e manibus, cur non scripsit οὐτ' ἀφίεσθαι θέλει?“ Noluit sine dubio id dicere poeta, nam quum initio pueris maximae glaciem voluptati esse, postremo vero inutilem fieri possessionem dicat, illi de glacie dimittenda sententiae nullus hic est locus, illud expectatur, ut cur inutilis existat glacies addatur. Quare ἡφθαι recte videtur correxisse Blomfieldus et θαι, pronunciatum θε, ante θέλει facile excidere potuit, ἡφθ vero eo facilius in ἀγῆ mutari, quum notum esset proverbium, secundum quod οἱ παῖδες τὸν κρυστάλλον οὔτε κατέχουσιν οὔτε ἀφίεσθαι θέλουσιν. Deinde vs. 8 verba δρᾶν καὶ τὸ μὴ δρᾶν mendosa esse si additus articulus non doceret, ipsum illud δρᾶν clamaret, quo haud scio an ineptius cogitari nihil possit. Quid enim δρᾶν hic significet vix dicas, et si quid significat, qui tandem quo desiderio ad τὸ δρᾶν, eodem ad τὸ μὴ δρᾶν compelli amantes dicuntur? Deinde id non semper fit, sed πολλάκις, quando igitur et cur? Denique quodnam est tertium quod dicunt comparationis? An τῷ δρᾶν ut glacies ex puerorum manibus, ita amatus ex manibus amantis evanescit et κτῆμα ἀσύμμορον fit? Aenigmata haec sunt, quae Oedipum suum frustra expectabunt. Sed ne omnia persequar, locum ut mihi corrigendus esse videtur adscribam, measque emendationes diductis litteris signabo:

ὅταν πάγον φανέντος αἰθροῖον χεροῖν

κρυστάλλον ἀρπάζουσι παῖδες ἀσταγῆ,

τὰ πρῶτ' ἔχουσιν ἡδονὰς ποταμίων·

τέλος δ' ὁ κρυμὸς οὔτε πως ἡφθαι θέλει,

οὐδ' ἐν χεροῖν τὸ κτῆμα σύμμορον μένει.

οὔτω δὲ τόνδ' ἔρωτά μ' ἀντὸς ἡμερος

ἐρᾶν τε καὶ μὴ πολλάκις προίεται.

Chorus ex Satyris compositus Achilles amore correptus est, deinde quum brevi hunc amorem puero adulto perituro esse videret, in diversas partes distractus, qui neque dimittere has delicias vellet neque retinere posset, tandem his amoribus missis eum qui permaneret amplecti amorem constituit. — Restat versus primus, quem in Adnotationibus ad tragicorum Graecorum fragmenta a. 1863 a me editis ita corrigendum esse conieceram

τὸ γὰρ νόσημα τοῦτ' ἔφην μῶρον κακόν
contuleramque Euripidis ex Antigona frgm. 166 versus:

*τὸ μῶρον αὐτῆ τοῦ πατρὸς νόσημ' ἔνι
φιλεῖ γὰρ οὕτως ἐν κακῶν εἶναι κακούς*

non quo nescirem vulgo haec ita intellegi, ut *τὸ τοῦ πατρὸς νόσημα* diceretur *τὸ μῶρον*, utbar enim Gaisfordi editione Grotiique versione, sed quia mihi Graeca verba non admittere hanc interpretationem videbantur. Sed Euripides sine dubio dixit

τὸ μῶρον αὐτῆ τοῦ πατρὸς νόσημ' ἔνι

ut hoc quidem loco *νόσημα* non dictum sit *μῶρον*. Sed *νόσημα τοῦτ' ἔφην μῶρον κακόν* h. e. *μῶρον κακόν* dici posse negare non debebat G. Wolff, innumera enim eius generis exempla et apud Graecos et apud Latinos poetas exstant. Et si malum in quod imperite quis incidit, ita dici non potest, ne exitus quidem talis potest, tamen Aeschylus dixit frgm 280 ed. Nauck.

δέδοκα μῶρον κάρτα πρῶτον μῶρον.

Illud igitur quum recte dicatur, tamen nunc perspecta huius loci sententia librorum scripturam *ἐφήμερον* veram esse video. Chori, ut supra dixi, alio deflexerat libido. Phot. Lex. p. 369, 10: *παιδικά — καὶ ἐν τοῖς Ἀχιλλέως δ' ἐρασταῖς δῆλον ὡς οὕτως (i. e. ἐπὶ ἀρρέων) ἐξελεγκται ἐπιδόντων γὰρ τι τῶν σατύρων εἰς τὴν γυναικίαν ἐπιθυμίαν φησὶν ὁ Φοῖνιξ*

παπαῖ, τὰ παιδικά, ὡς ὄρῳ, ἀπόλεσας.

Phoenici, fortasse ad ipsa haec verba, respondet Chorus ea de qua disputamus oratione, cuius primus versus erat:

ἦν γὰρ νόσημα τοῦτ' ἐφήμερον κακόν.

Deinde cur *ἐφήμερον* fuerit hoc malum quum exponat Chorus, asyndeton proximo versu *ἔχομ' ἄν —*, quod vix tolerabile esse recte Nauckius dixit, iam sine offensione legitimumque esse apparet. Defendimus Sophoclem, si quidem id nobis contigit, a falsa quadam de hac fabula opinione, quae si est in obscoenos deflexa risus, hoc quidem loco id non esse factum pro certo habemus. Eiusdem poetae locus duplici vitio maculatus est, quem ex Tyndareo servavit Stob. Flor. 105, 3

*ὃ χροῖ ποτ' εἴν πρῶτοντος ὀλίβου τύχης
ἀνδρός, πρὶν αὐτῷ παντελῶς ἦδη βίος
δικπερανθῆ καὶ τελευτήσῃ βίον.
ἐν γὰρ βραχεὶ καθεύε κολίγῳ χρόνῳ
πάμπλοντον ὄλιβον δαίμονος κακοῦ δόσις,
ὅταν μεταστῆ καὶ θεοῖς δοκῆ τάδε.*

Vs. 3 βίον errore scriptum a librario ad superioris versus vocabulum βίος aberrante convertendum in καλῶς, ut est apud Herodotum, qui hanc sententiam poetis praeivit, I. 32 ἐκεῖνο δὲ, τὸ εἶρεό με, οὐκ ἔγωγε λέγω, πρὶν ἂν τελευτήσαντα καλῶς τὸν αἰῶνα πύθωμαι. Proximo versu ἐν βραχεῖ κωλίγω χρόνῳ poetam non scripsisse certum est. Quare Bergkii κού μακρῷ χρόνῳ suadebat, mihi potius κωλίγω χρόνον corrigendum videtur. Eiusdem generis vitium tollendum ex Appollonidis loco apud Stobaeum Flor. 67, 3, Fragm. ed. Nauck. p. 641

φεῦ φεῦ, γυναῖκες, ὡς ἐν ἀνθρώποις ἄρα
οὐ χρυσός, οὐ τυραννίς, οὐ πλοῦτον γλιθῆ
τοσοῦτον εἶχε διαφόρους τὰς ἡδονὰς
ὡς ἀνδρὸς ἐσθλοῦ καὶ γυναῖκός εὐσεβοῦς
γνώμη δικαία καὶ φρονοῦσα τάνδικα.

Meinekii φρονοῦσα τὰγαθὰ coniecit, lenius et sententiae convenientius restituas καὶ φρονοῦσα πάντ' ἴσα.

In Archilochi fragmento 31 ed. Liebel. 76 apud Bergk.

χρημάτων ἄελπιον οὐδὲν ἐστὶν οὐδ' ἀπόμοτον,
οὐδὲ θανάσιον, ἐπειδὴ Ζεὺς πατὴρ Ὀλυμπίων
ἐκ μεσημβρίας ἐθῆκε νύκτ' ἀποκρύψας χάος
ἡλίον λάμποντος, ὠχρὸν δ' ἦλθ' ἐπ' ἀνθρώπους δέος.
ἐκ δὲ τοῦ καὶ πιστὰ πάντα κἀπίελλται γίγνεται
ἀνδράσιν· μηδεὶς ἔθ' ὑμῶν εἰσορῶν θαναμάζεται,
μηδ' ὅταν δελφίσι θῆρες ἀνταμείψονται νομὸν
ἐνάλιον καὶ σφιν θαλάσσης ἠχέοντα κύματα
φιλιεὶ ἠπείρου γένηται, τοῖσι δ' ἰδὺν ἦν ὄρος.

Ultimi versus verba ἰδὺν ἦν ὄρος dupliciter sunt mendosa. Videtur librarius quod invenit ὕδατος ὄρος neglecta σ ante ο littera legisse ut fecit, non ut debebat

φιλιεὶ ἠπείρου γένηται, τοῖσι δ' αὖ δίνης ὄρος.

Ex Euripidis Bellerophonte hunc locum affert Stob. Flor. 10, 17:

ὡς ἔμμενος μὲν πᾶσιν ἀνθρώποις κάκη
ὅστις δὲ πλείστον μισθὸν εἰς χεῖρας λαβῶν
κακὸς γένηται, τῷδε συγγνώμη μὲν οὐ,
πλείω δὲ μισθὸν μείζονος τόλμης ἔχων
τὸν τῶν λεγόντων ἦσαν ἂν φέροι ψόγον.

Ultimo versu non quod librarius errore posuit, sed τὸν τῶν ψεγόντων λόγον poetam scripsisse intellexit Jacobsius. Versu altero fuisse qui πλείστον μισθὸν in παῦρον μισθὸν mutandum esse censerent, mirum sane debet videri, quum oppositionis rationem additis μὲν — δέ particulis evidentissime declaraverit poeta. Non minus tamen mirum est, propterea veram esse habitam librorum scripturam; sive enim permagnam mercedem πλείστον μισθὸν dici, sive ex pluribus maximam statuis, non apte illud hic dici sententiam penitus perpendenti apparebit. Deinde oppositionis ratio non quantum acceperit pretium referre docet, sed suane sponte ipsa impellente natura, an alieno impulsu pretio accepto facinus perpetraverit. Sententia enim loci alia esse non potest nisi haec: „omnibus quidem homi-

nibus natura hoc insitum est ut mali sint; qui vero mercede adductus malus fit, ei non ignoscitur quidem, sed reprehendentium verba pecunia accepta facile fert, eoque facilius, quo maius pro sceleris magnitudine pretium acceperit.“ Librarius, cuius animo proxima verba *πλείω μισθόν* obversabantur, hic *πλείστον μισθόν* posuit quum scriptum invenisset:

*ὅστις δὲ πεισθεὶς μισθὸν εἰς χεῖρας λαβὼν
κακὸς γένηται κτλ.*

Postremo, finem enim huic scriptioni imponere cogimur, locos ex Euripidis Palamede tractabimus duos, quorum alter est apud Stobaeum Flor. 81, 7

*τὰ τῆς γε λήθης χάριμα ὀρθώσας μόνος,
ἄφωνα καὶ φωνοῦντα συλλαβὰς τε θεῖς
ἔξευρον ἀνθρώποισι χάριματ' εἰδέναι,
ὅσ' οὐ παρόντα ποτιὰς ὑπὲρ πλακὸς
τάκει κατ' οἴκους πάντ' ἐπίστασθαι καλῶς, 5
παισὶν τ' ἀποθνήσκοντα χρημάτων μέτρον
γράψαντας εἰπεῖν, τὸν λαβόντα δ' εἰδέναι·
ἃ δ' εἰς ἔριν πίπτουσιν ἀνθρώποις κακὰ
δέλτος διαιρεῖ κοῦκ ἐὰ ψευδῆ λέγειν.*

Vs. 7. requiritur *γράψαντα*, deinde *εἰπεῖν* quum *εἰδέναι* sequatur suspectum est, tali enim orationis abundantia primo quod posuit exemplo, non hoc altero utendum erat; *εἰπεῖν* igitur simili errore scripsit librarius quo superiore versu *χρημάτων* pro eo quod restituit Scaliger *χορημάτων*. Denique non recte, si quid video, dictum est *τὸν λαβόντα δ' εἰδέναι*, nam prius, non post quam hereditatem adiit filius quid sibi obtigerit testamento docetur. Tale igitur quiddam exspecto:

*παισὶν τ' ἀποθνήσκοντα χρημάτων μέρος
γράψαντα νεῖμαι, τὸν λαβόντα δ' εἰδέναι.*

Etiam proximus versus librariorum arbitrio esse mutatus videtur. *κακὰ* non recte in *κακῆν* converterunt viri docti. Deinde mirum poetam *ἃ πίπτουσι* dicere, quam usitato modo *ἃ δ' εἰς ἔριν βροτοῖσιν ἐμπίπτει* maluisse. Denique ipsum illud *ἃ εἰς ἔριν ἀνθρώποις πίπτει* mire est dictum. Correctio incerta est, apte dixisset poeta *οὐ δ' εἰς ἔριν πίπτουσιν ἀνθρώποι περὶ*.

In desperatis habetur alter locus qui est apud Stobaeum Flor. 91, 24

*Ἀγάμεμνον, ἀνθρώποισι πᾶσιν αἰ τύχαι
μορφήν ἔχουσι, συντρέχει δ' εἰς ἓν τόδε
τούτων δὲ πάντες, οἳ τε μουσικῆς φίλοι
ὅσοι τε χωρὶς ζῶσι, χρημάτων ὑπερ
μοχθοῦσιν, ὅς δ' ἂν πλείστ' ἔχη σοφώτατος.*

Verba sunt Ulixis de Palamedis prodicione, quod si tenemus alteramque loci partem quae integra est servata, maxime illa verba *οἳ τε μουσικῆς φίλοι et σοφώτατος* diligentius perpenderit, certam facere coniecturam de huius loci sententia poterimus. Quum enim qui Palamedem defenderet incredibile videri dixisset, virum omnium sapientissimum totumque artibus inveniendis deditum auro moveri ut castra proderet potuisse, Ulixes hanc ut dilueret defensionem: „homines, inquit, alii alii

dediti sunt artibus, quidquid vero agunt, unus est omnibus propositus finis, quique doctrina excelsi in artibus liberalibus versantur non minus quam qui alio quodam sunt occupati artificio in una pecunia comparanda desudant et laborant, quam qui maximam comparavit is sapientissimus habetur.“ Haec si recte sunt disputata, fortunae commemorationem prorsus alienam esse ab hoc loco apparet, certaue, ut mihi quidem videtur, emendatione *τύχῃ* in *τέχνῃ* convertit Theodorus Bergkiius. Difficilius est certi quiddam statuere de proximis *συντρέχει δ' εἰς ἐν τούτων δὲ πάντες*, quorum verborum sententia sine dubio haec fuit: „consentiunt vero in una re omnium studia.“ Cuius restituendae quum non una in promptu sit ratio, maximam probabilitatis speciem ea habebit, ex qua quomodo corrupta illa *τούτων δὲ*, vel quod est in codice Vind. *τούτων δέ* orta sint facillime appareat. Faciliorem emendationem fortasse alii invenient, mihi totus hic locus restituendus esse in hunc modum videtur:

Ἀγάμενον, ἐν βροτοῖσι παντοῖαν τέχνην
μορφὴν ἔχουσι, συντρέχει δ' εἰς ἐν τούτῳ
οὐσπευσσε πᾶς τις, οἷ τε μουσικῆς φίλοι
ὅσοι τε χωρὶς ζῶσι, χρημάτων ὑπερ-
μοχθοῦσιν, ὅς δ' ἂν πλείστ' ἔχη σοφώτατος.



debiti sunt artibus, quibusque vero agunt, tunc est omnibus propositus dicit, quibus doctrina et
 ceteri in artibus liberalibus versantur non minus quam per res quodam sunt occupati artibus in
 una personis comparanda debeat et laborat, quam vel maxime comparavit et comparantibus
 debetur. Hanc si forte sunt disputata, fortassis comminationem proferre aliam esse ad
 loco apparet, certaque, et mihi quidem videtur, commendatione esse in hoc convertit Theodorus
 hactenus. Difficilis est certi quiddam status de maximis certis, et in hoc ratio de
 quorum verborum contenta sine ulla habeat, consentiant vero in eis et omnium ratio.
 Cuius testimonium quam non in promptu sit ratio, maxime probabilis personam in habere
 et qui quando certis his ratio de, vel quod est in corde. Vnde ratio de oia sine iudicio
 apparet. Eadem rationem commendationem fortasse illi iudicant, nihil tamen hic locum testimonium esse
 in hanc modum videtur:

Quodam in personam maxime ratio
 ratio propter certis de eis ratio
 consentiant ratio de eis maxime ratio
 non in promptu ratio, maxime ratio
 probetur, et de eis ratio, ratio.

et ratio de eis ratio, maxime ratio
 ratio propter certis de eis ratio
 consentiant ratio de eis maxime ratio
 non in promptu ratio, maxime ratio
 probetur, et de eis ratio, ratio.



et ratio de eis ratio, maxime ratio
 ratio propter certis de eis ratio
 consentiant ratio de eis maxime ratio
 non in promptu ratio, maxime ratio
 probetur, et de eis ratio, ratio.

et ratio de eis ratio, maxime ratio
 ratio propter certis de eis ratio
 consentiant ratio de eis maxime ratio
 non in promptu ratio, maxime ratio
 probetur, et de eis ratio, ratio.